

**A**D PERPETVAM REI MEMORIAM. *Alia, nunc accipimus, scilicet: Pius Papa Quartus Prædicator noster cupiens, ut Ecclesia Hospitalis Cardinalis de Sevilla nuncupata Scti Emergillæ Ispalensis à hoc: inc: Joanne D. A. E. Ceterisque nuncupata Ecclesia Ispalensis Administratione fundata, in quo pauperes infirmi recipiebantur, et curabantur, aliisque pietatis opera exercebantur, congruis frequentantibus honoribus, ac Christianis ad eam eo libentius deuotionis causa confluerent; omnibus utriusque sexus Christianis creari poenitentibus, et confessis, seu statuta à iure temporibus firmum confitendi propositum habentibus, qui Hospitale, et Ecclesiam prædictam annis singulis in Assumptionis, et Scti Emergillæ festiuitatibus, à primis exortu usque ad occasum Solis festiuitatum Scti deuotè uisitant, et ibi pro statu Republicæ Christianæ, et paci inter Principes Christianos conseruatione pijs ad Deum preces effuderint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, et remissionem in forma Subicte consequerentur; quodque Indulgentia Scti annuabatur Christianis defunctorum, pro quibus preces Scti factæ fuissent, ad relaxationem poenarum, quantum diuinæ bonitati placuisset, suffragaretur, auctoritate apostolica perpetuo concedimus, et indulgemus, prout in eisdem Pij Prædicatoris Literis desuper expeditis, quarum tenorem prædictis pro expresso haberi volumus, plenius continetur. Cum autem, sicut dilectus filius modernus Administrator dicti Hospitalis nobis exponi fecit, ob magnam Populi multitudinem, et diuina Ecclesiæ angustiam multa scandala oriantur. Nos diuini scandalis obuare, et eorumdem Christianorum animarum saluti, quantum cum Domino possumus prospicere cupientes, ad Administratoris supplicationibus nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; omnibus utriusque sexus Christianis creari poenitentibus, et confessis, ac sacra Communionem refectis qui in dictis festiuitatibus, Altari dicti Hospitalis, aut ecclesie singulis annis orauerint, et orauerint, quo die festiuitatum Scti idegerint, ipsam Indulgentiam Plenariam ab eodem Pio Prædicatore concessam consequantur, sicut consequerentur si Ecclesiam, et Hospitale, ut in dictis literis expressum est, in eisdem diebus orintarent, auctoritate apostolica, tenore prædictum concedimus, et indulgemus. Non obstantibus, et ordinationibus apostolicis, necnon omnibus illis, quæ dicti Pij Prædicator in suis literis prædictis voluit non obstrare, ceterisque contrarijs quibuscumque. Datus Romæ apud Sctum Marcum sub Annulo Piscatoris, die xxj. Octobris M. D. C. Vj. Pontificatus Nostri Anno Tertio.*

*Quibus pro Deo et suis*

*Scipio P. M. M. M.*



Deputacion

Nº 16.

Sumas Concedido  
por Santo quinto  
para los dias de la fiesta  
de San y hermanas de  
el hosp. del Sr. Carden  
de Sevilla

Deputacion  
D. S. P.

